



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 91. Papa in Patrum Senatu adversus Regis scelus perorans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI
A.C. 1589.

„vobis res sit cum Pontifice, qui etiam
„extrema tentare paratus est, dum de
„honore, atque Ecclesiæ bono agitur.“
Ad hæc Pisanus Papam interrumpens
hæc subjecit: „Ergone, Beatissime Pa-
„ter, Regi meo haud integrum erit,
„Cardinalem juratum hostem suum in-
„terficere, cum Pius IV. privata sua
„auctoritate (*) Carassam Cardinalem
„amicum suum strangulari jussit?“, His
Pisanii verbis Sixtus V. tantopere com-
movebatur, ut vultu ad indignationem,
iramque composito utrumque Franciæ
Ministrum discedere juberet.

§. XCI.

*Papa in Patrum Senatu adversus Re-
gis scelus perorans.*

Thuan. l. c.
Lettr. de
Joyeuse ou
Roy parmi
celles du
Card.
Ossat t. I.
pag. 192.

Altera post colloquium die summus
Pontifex habito Purpuratorum Se-
nату vehementer querebatur, quod
Morosinus Cardinalis in Franciæ Re-
gno Legatus sacrilegæ Guisii Cardina-
lis neci sese non opposuerit, cum ta-
men sua opinione facile eam præpe-
dire potuisset: insuper Papa Cardina-
libus sigillatim enarrabat, quæ tam
a se

(*) Carassa ob sua delicta instructis judic-
actis, jurisque via convictus, a judice Ec-
clesiastico simul, & profano condemnatus est.

a se, quam a Franciæ Oratoribus pri- Sæcul. XVI.
A.C. 1589.
die in colloquio agitata fuerint: fufius
autem exponebat rationes, ob quas
Henrico III. veniam denegare cogere-
tur, quam in rem adducebat exemplum
Henrici III. Angliæ Regis, qui de cæde
S. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi,
quamquam illius juffu crimen admissum
minime constaret, cauffa tamen a Pon-
tificæ per delegatos plene cognita, de-
lictum suum confessus est, & demisso
animo constitutam sibi pœnitentiam
suscepit, & implevit.

His quoque subjunxit Pontifex:
„Haud satis mirari possum quorundam
„Cardinalium imprudentiam, qui etiam
„me præfente tam enorme Regis cri-
„men excusare præfumpferunt: porro
„hi fane suæ dignitatis obliti non con-
„siderant injuriam, quam sibimetipsis
„inferunt, nec perpendunt periculum,
„cui sacram Purpuram, qua insigniti
„sunt, exponunt: me autem quod at-
„tinet, cum tanta ignavia tam augusti
„Collegii honorem pessumdari haud pa-
„tiar: quocirca per id, quicquid sanctum,
„sacramque Pontificia dignitas habet,
„vobis declaro, fidemque facio, quod
„ad Regum preces nullum deinceps
„ad purpuram evehere intendam, adeo,
„ut frustra ad me commendatitiæ Prin-
„cipum Christianorum literæ transmit-

U u 3

„teren-

Sæcul XVI.

A.C.1589.

„terentur: considerate ergo, quantum
 „damnum in vestram redundet digni-
 „tatem, præterea animo volvite, vos
 „brevis privilegiis, quibus nunc deco-
 „rati estis, spoliandos fore: cur autem
 „mala, quæ vobis imminet, magis
 „ad me, quam ad vos pertinere videntur?
 „nimirum satis probe prospicio, quod
 „vosmetipsos rabiei, vilipensionibus,
 „ac Principum sæcularium furori expo-
 „natis, qui nec vestro honori, nec ve-
 „stro sanguini parcent, nullusque vestrum
 „de sua vita securus vivere poterit, si
 „tam nefanda fratris cædes impunita
 „remaneat: nefas igitur foret, si ve-
 „stram dissimulationem imitari vellem,
 „illud enim, quo fungor, officium a me
 „deposcit, ut tam crudele facinus con-
 „digna poena ulciscar: nec commoveor,
 „quod quidam objiciant, si jure contra Re-
 „gem ageretur, multa inde incommoda,
 „multa mala nascitura, imo fore, ut re-
 „gnum hoc evertatur, ac plane corruat,
 „porro ad ea respondeo, in dispensanda
 „justitia nihil tale metuendum esse,
 „nihil enim timendum, nisi solum pec-
 „catum: proinde decrevi, quod justum,
 „æquumque videbitur, facere, delega-
 „tis certo numero Cardinalibus, qui
 „de causa cognoscant, totamque rei
 „seriem mature perpendant, ne quic-
 „quam

„quam præcipiti ex consilio egisse, re-
 „dargui valeam.,”

Sæcul. XVI.

A.C. 1589.

§. XCII.

*Congregatio ad discutiendam Guisii
 Cardinalis cædem instituta.*

Summus Pontifex singularem erigebat
 congregationem, quæ ex Cardinali-
 bus Antonio Serbellonio Mediolanensi,
 Antonio Santorio, Sanseverinatenſi
 Archiepiscopo, Antonio Fachineto Bo-
 noniensi, Scipione Lancelloto Romano,
 Joanne Baptista Castagna, pluribusque
 aliis constabat. Eo etiam Maduanus
 Dux, cum hanc causam in Henrici fa-
 vorem non decidi plurimum illius in-
 teresset, die octava Januarii suum Can-
 cellarium Jacobum Dioum Romam ab-
 legabat, qui de attentato hoc parrici-
 dio suas quoque querelas summo Pon-
 tifici exponeret: Fœderati vero suo no-
 mine decernebant Parisiensis Curie Se-
 natorem nomine Lazarum Coquelejum
 unacum Nicolao Pileo Orbafii Abbate
 Guisianæ familiæ addictissimo: ergo
 una omnes summo Pontifici exponunt,
 quod unice tuendæ Religionis, ac pub-
 licæ tranquillitatis studio animati ad-
 venerint, rogantes, ut urgente tempo-
 ris necessitate Sanctitas sua Christia-
 num Franciæ populum suo patrocinio
 fovere, atque juncta cum eis opera in-
 juriam

Thuan. l. 94.
 Daniel hist.
 du France
 t. 6. p. 780.

Uu 4

juriam